

typorum literatorum fulores. Hic enim vapore hydrargyri, & aliorum teiro & crasso derepente suffocantur, aut paulatim vitio cerebro nervorum maximam imbecillitatem sustinent, nisi latiore infimbulo halitum foras educant, qui arbores propinquas velut fulmine afflitas tabefacit. Sed in hoc hominum genere inposita hodie est omnium maxima, præsertim cum metallorum generationem, & transformationem corralis alicunde aureis, vel numis, vel torquibus, dolo malo frustra conantur. Sed de his fufius quam pro re propofita: satis in præfens fit nouisse aquas, & olea chymistarum industria singulari secreta maximam esse virtutem, & essentiam tam tenuis, ut olei cuiusdam gutta fortuito illapsa in lectum, stragula eius multitudine & culcitra momento penetrarit, æresq; fundum lecti stermentes vlsit.

Oleum vero istud de lateribus tam tenue est, ut momento latissime spargatur: si manu infundatur, eam cito penetret. Oleum balsami est multo tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius: urinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui a flatu crasso, paralyti, spastico cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ ceterarum iuncturarum doloribus prodest, potum aut inunctum: sed parua eius portio aquæ affectui aptæ mista bibatur. Fuisse vero Meuen factionis chymistarum studiosum, loca in antidotario isto non pauca plane declarant: voces chymistis solennes, qualis est, perfectum magisterium, de suo lapide philosophico frequenter dici solitum, & sublimatio, & alembicum, & id genus alia. In montanis Mutina loco Gibium vocato, liquor certis temporibus manet (oleum montis Gibij vocant) in varia loca cum magna vtilitate ipso recte ventium.

Naphtha Babylonij est bituminis colamen album quoddam: aliud nigrum Dioscori. A Rasi in Antidotario, & Albucasi in libro qui Seruitor inscribitur, ubi latere nonos, qui aquam nondum senserint præfert, quia oleum melius imbibent, & eos in frusta vnc. j. diuidit, in vase vitreo aut vitrato, sed probe lutato ita componit, ut eius pars tertia maneat vacua, & ignem oportet fieri primo lentorem, sed qui fundum vasis attingat: paulatim augeri primo exibat, aqua deinde: oleum per se colligendum, ut resinum, terebinthinam, lignum Guaiaci, & alia multa destillamus. Oleum etiam chamæmel, & nardinum, etiam benedictum dicitur Mesue, sed hoc præstantissimum, & quibusdam petreolum, vocatur. Sic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, resinis, ossibus, medullis, & alijs, ut diximus pingui humore abundantibus, potest sublimando trahi oleum. Calx integra oleo communi restinguatur, alembico vitreo destilletur, manabit oleum ossi corrupto idoneum.

Oleum balsami Petri di Ebano capit de cordis affectibus. loco veri opobalsami miscendum theriacæ, mithridato, curcumæ aureæ Alexan. Recipit myrrhæ, aloes, spicæ nardi, sang. draconis, thuris, mumie, opopanacis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi Arabici, styracis liquidæ, ana drachm. ij. ladanij, succi castorei ana drachmas. ij. & semill. moschi drachm. i. & s. terebinthinæ pondus omnium tritis misceatur, alembico destillatur, ut aqua rosarum, seruetur. Succus illius cerosi, quo testes castoris abundant Dioscor. legere malo, quam cum quibusdam siccis. Tale enim exuacum & exanimatum est. Aliud earundem virium Gulielmi Placentini, myrrhæ, carpobalsami, nucis Indicæ ana vnc. s. hyperici drachm. ij. tere leuiter, misce olei vnc. v. vel terebinthinæ vnc. i. & s. & in fine moschi grana. v. ambræ grana tria: olei de lateribus vnc. i. fiat ut oleum rosatum.

Oleum tartari Petri Argillatæ ad faciem tergendam, & erugendam.

Tartarum dolij lateribus adhærens, album potius quam rub. puluerizatum, aceto maceretur, post inuoluatur panno lineo, & deinde stupis aqua humectatis ponatur sub cineribus: deinde tribus diebus scutellæ imponatur declinæ, destillabit humor quidam subrufus.

NI C. Oleum tartari lateribus doliorum adhærentis.

Tartarum id ex vino generoso tritum, linteolo inuolutum aceto albo fort bene madefac: sub cineribus calidis coque, dum nigrescat. iterum tere, in vase inclinato serua dies octo loco frigido, donec in oleum resoluitur. Id si non fit, exprime, & serua: eodem modo facit Mesues oleum ouorum: Sarius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, ut vocant, inpositum, & loco frigido locatum sinere, donec in vas subiectum fluxerit oleum. Oleum sulphuris sic fit: sulphur ignem non expertum, vel flauissimum inter vrendum fumum crassum tenuit, excipiendum

A campana vitrea, aut silicea. In qua ex vapore crasso oleum concretum destillat in vas planum capax, in cuius medio sulphur vasculo conditum vritur. Alijs trito sulphuri per aquam vitæ incensam ignea consumitur substantia: post reliquum destillatur, ut oleum philosophorum. Alij sulphuris flauis, terebinthinæ ana vnc. ij. olei rosati lib. vna, coquunt igne lento cum vini odori vnc. duabus ad vini consumptionem.

Oleum de hyperico mirabile: summitatum hyperici vnc. ij. infundantur triduo in vino odorifero. q. s. post coque in vase duplici bene obstructo, fortiter exprime: hypericum nouum similiter macera, coque, exprime. adde terebinthinæ vnc. tres, olei antiqui vncias sex, croci script. coque ad vini consumptionem. Hoc oleum incerti auctoris. Galenus tamen vinum austerrum, in quo folia androsce, vel ascyri (quæ species sunt hyperici) cocta sint, vulnera etiam grandia glutinare scribit, & hypericum calidum siccum tenuium partium ischiadicis vultu bibi quibusdam. Ex quibus & reliquorum hic mistorum viribus collige id oleum roborare, digerere, & tenuare. ex substantijs enim contrarijs componitur. Oleum de capparibus. Corticum rad. capparis vnc. i. reos agræ, tamaricis ana vnc. s. olei communis lib. ij. coquantur in vini vnc. iij. ad vini consumptionem: coletur, condatur.

Splenem durum comminuit, vsu quotidiano probatiss. Galeno acceptum fertur in lib. ad Glaucanem, ubi tamen non inuenitur. Oleum moschatum recipit olei communis libras sex. lilij, folij, spicæ, costi, mastiches ana vnc. i. & dimid. styracis calamitæ, croci, myrrhæ, castæ lignæ, xylobalsami, ana drachm. vj. caryophyllosum, carpobalsami, bdellij, ana vnc. dimidiam: nucis Indæ drachm. ii. moschi drachm. i. vini odori vncias sex: coque in vase duplici trita leuiter omnia ad vini consumptionem. Moschum tacuit Manlianus, a quo tamen vocatum ait, dicitque coquendum ad aquæ consumptionem, cum tamen aquæ in descriptione non faciat mentionem, sed mucilaginis, vnc. i. vel drach. i. res plane incerta, male item tribuit Galen. Antidotario. Id oleum pomis odoratis cogendis est aptiss. adhuc roborat, calfacit, resoluit.

Oleum castorei ad frigidos affectus partium omnium, præsertim neruofarum, ex castorei, styracis, galbani, euphorbij, castæ, croci, opopanacis, carpobalsami, spicæ nardi, costi, ana drachm. ij. cyperi, schænu anthus, piperis longi & nigri, fabinæ, pyrethri, ana drachmis duabus, & dimidia: olei lib. ij. vini albi, & boni lib. duabus, coque omnia ad vini consumptionem, exprime. serua.

Oleum iasminum moderate digerit, odore est incundo, fit vncijs duabus florum iasminorum in olei lib. i. insolatis dies quinque coque igni lento, exprime. serua phylla vitrea, vel silicea.

Oleum ad puerorum tormina experium. Olei anethi, & chamæmeli ana vnc. vj. olei rutæ, myrrhæ stactes, ana vncias tres: pul. cymini, vncias duas. semel feruescat, coletur, seruetur. Atramantum vulgare fit ex aquæ bocalibus sexagintaquatuor, gallæ trita libris sex coctis ad dimidij consumptionem, tunc adde gummi Arabici libras quatuor, chalcanti tria libras tres. misce. Atramantum sutorium, quo hodie sutores & coriorum concinnatores coria mox denigraunt, dolia decocto fursuris calente, aut secundo feruesfacto magmatis ceruissæ implent, miscent ferramenta rubiginosa, scoriâ ferri, gallam, chalcantum, & id genus alia, post dies octo, aut circiter inpersum corio, mox sicatur, & denigrat.

Philosophorum. Ad huius emulationem oleum cost. Pex pumice parabis, ignito pumice in oleum sepius iniecto ad vsus eosdem (ut existimo) efficacius, ad quos lateritium commendatur.

SEQVITVR DE SACCELLIS, inunctionibus, sternutatorijs, caputpurgijs, epithematibus, & clysteribus.



Hæc præter Mesue quidem institutum adduntur. quia tamen & poni hoc loco solent, & non inutilia sunt, non fuere prætermittenda.

Saccellum capitale in caliditate non multum intensum. Recipit florum rosarum, florum

vitro plano, quia nihil olei obis faculo inferre aucto.

Lib. simpl.

Ol. de capparis.

Ol. muscatum.

Ol. castorei.

Ol. iasminum.

Atramantum script.

Atram. sat.

Saccelli.

Me sue.

K k

4

florum

MESVE DE SACCELLIS, INVUNCTIONIBVS,

florum chamæmillæ stæchados, & maioranæ, ma-
cis, nucis muschate calamenti, thuris, caryophyl-
lorum, ana drachmas tres, fiat puluis subtilissimus,
& in panno lineo fiat sacculus rotundus, & calefiat
ad fumum thuris, aut croci, aut cinnamomi, & ie-
iuno stomacho ponatur super caput, & est conue-
niens ad desiccandum materias catarrhales descen-
dentes ad partes gutturis, & pectoris. & est calefa-
ctiuum malæ complexionis frigida cum materia, &
sine materia ipsius capitis præmissa aliquali euacua-
tione. & tale saccellum multum est in vñ. nam inter
alios duos tenet medium. Saccellum aliud capitale
intensioris caliditatis, quā supradictum, & est magis
conueniens in passionibus capitis de materia multa
frigiditatis. Vnde confert his, qui in somno profun-
dantur, & apoplecticis, præmissa euacuatione corporis,
si est possibilis. Recipit rosarum, florum cha-
mæmillæ, stæchados, maioranæ, nucis muschate,
piperis nigri, & longi, nigelle, iuniperi, ana par-
tes æquales. quidam addunt de fimo columbino,
& est conueniens, in catarrho, crasso, & mul-
tum frigido, illud subtiliando, resoluendo, & desic-
cando. fimum columbinum, ascendit ad gradum
tertium calidum. Saccellum aliud capitale ad aliqua-
lem tendens frigiditatem conferens catarrho sub-
tili calido, vnde confert ad malam complexionem cali-
dam capitis, & ad superfluas vigilias a tali mala com-
plexione prouenientes, vel a phlegmate falso, fluído,
subtili. Recipit rosarum, florum chamæmil. stæchados,
nucis musch. violarum, florum nenufa. corticum ci-
tri, myrti, sandalorum vtriusque, corticum papa. albi
ana par. æquales, fiat sacculus, & fiat suffumigatio cū
thure, & aqua ros. Inunctio ad caput in principio a-
lienationis in febrientibus acuta. Recipit succi lactu-
cæ vel semperniæ vnc. vj. olei ros. recentis facti vñ-
cias s. (alias vnc. iij.) aceti parum. misce, & petia
madefacta in eo ponatur ad frontem. Item inun-
ctio posita supra in syrupo de papanere. Item vng.
populeon. Sternutatoria quæ cōmuniter sunt in vñ,
sunt ex elleboro albo puluerizato, vel ex pipere nigro
attracto per nares in parua quātitate tamen. Caput-
purgia quæ communiter sunt in vñ. & primo leue
factū ex aqua samplici destillati, sub actuali calidita-
te per nares attracta. fortius vero fit ex succo radicū
sicæ, id est blitis. & istud est satis acutum, & mordica-
tiuū. attrahit enim materias phlegmaticas conten-
tas in capite & cerebro, propter caliditatem & acui-
tatem, quæ est in cortice extrinseco. fortius vero, &
tertio fit ex succo ciclamini. i. panis porcini, & est
acutissimum valde, & duæ, aut tres guttæ sufficiunt
ad hoc, capite ad posteriora declinante propter eius
acuitatem, aut mordicationem. Et si duo licinia sub-
tilia longitudinis trium digitorum ex ipso in narib.
imponantur, statim sternutationem prouocant cum
euacuatione viscositatum acetosarum, & phlegmati-
carum in copia magna, quæ longo tempore durant.
Est & aliud sternutatorium, siue caputpurgium me-
dium in virtute inter illa iam dicta, aqua vitis. Et
nota regulariter operando, quod semper debent fieri
stomacho vacuo existente a cibo, & mundificato
corpore cum medicina solum. Pomum odoriferum
pro tempore pestilentie specialiter adinuentum &
principaliter. Recipit ladani vnc. i. & s. storacis liqui-
dæ drac. iij. behē albi, & rubei, rosarum rub. ana drac.

iiiij. myrrhæ, foliorum rutæ, garyophyllorum, ana dra-
i. s. sandalorum alborum, rub. & citrinorum, ana dra-
iij. camphoræ drach. ij. ligni aloes, calami aromati-
ci, succi valerianæ, ana drach. i. s. musci, ambræ, ana
drach. s. corticum citri drachm. i. Confice cum aqua
ros. & succo buglossæ, vel melissæ cum modico mal-
uatici, factis pulu. de omnibus suprascriptis, & bene
incorporatis, vt decet. Destillatio olei bulliti in capē
concano, olei dico de amygd. amaris, conuenit dolori
auris factō a causa frigida viscosa, vel frigida vento-
sa. & anodynum ibi conueniens est destillatio pin-
guedinis pulli cum modico croci. Epithema cor-
diale temperatum conuenit in debilitate virtutis vi-
talis, cor principaliter confortando, spiritus peruios
ac claros faciendo. caliditatem superfluum remitten-
do, & maxime in dispositionibus pestilentie, & ve-
nenosis, & in febrientibus febribus acutis intensiue
caliditatis. & vñs eius debet esse præmissa euacua-
tione conuenienti. Recipit aquæ buglossæ, melissæ, ana
vnc. iij. aquæ ros. vnc. viij. vini albi odoriferi vñcias
duas, sandalorum alborum, & rub. ana vnc. s. rosa-
rum, corallorum rubeorum, corticum citri, behen
albi, & rubei, serici tincti in grana, ossis de corde cerui
ana drac. i. croci, cinnamomi, caryophyllorum, xylo-
aloes ana drac. s. ambræ scrup. i. Et quidam addūt mo-
dicum musci, sed non est conueniens in dispositione
febrili. misce. & cum panno tincto in grana sub tepi-
da caliditate ponitur supra māmillam sinistram. Epi-
thema cordiale frigidum magis conueniens in febri-
bus intensiue calidis, & venenositatibus. Recipit aqua
rum buglossæ, melissæ, endiuie, ana vnc. vj. aquæ
ros. vnc. v. rosarum, corallorum, corticum citri, os-
sis de corde cerui, serici tincti in grana, ana drachm.
i. croci, cinnamomi, caryophyllorum, xyloaloes, ana
scrup. i. camphoræ scrup. ij. misce, & vtere, vt supra.
Saccellum cordiale conueniens in suprascriptis dispo-
sitionibus. Recipit sandalorum alborum, & rube-
ana drachm. ij. florum buglossæ, boraginis, melissæ,
ana drach. i. behen albi & rubei, corticum citri, seri-
ci tincti in grana, ossis de corde cerui. vnc. ij. croci, cin-
namomi, caryophy. xyloaloes, ana drachm. s. ambræ
scrup. s. Et quidam addunt modicum musci, fiat pul-
uis subtilissimus. Et imponatur in serico tincto in
grana ad formam saccelli. & tale saccellum cum infu-
sione aquæ ros. & vini odoriferi, diutius potest reti-
neri super cor. & tale est magis conueniens tussietib.
& habentibus pectus strictum regulariter operando
quam epithema. Epithema hepaticum conueniens
superflue calefactioni post corporum euacuationem,
& ante cibi assumptionem. Recipit aquæ endiuie
vnc. x. aquæ rosatæ vnc. iij. aceti vini albi vnc. i. san-
da. alborum, & rubeorum ana vnc. s. rosarum, coral-
lorum, spodij. ana drachm. i. misce, & fiant epithe-
mata cum panno lineo. Vtimur tamen quandoque
post superflam calefactionem hepatis hoc vnguen-
to, præmissō epithemate, & facta condecēti abster-
sione. Recipit olei violati multotiens cum aqua endi-
uie abluti vnc. ij. aceti vini albi vnc. s. succi lactu-
cæ vnc. i. sandalorum alborum drachm. i. rosarum, co-
rallorum, spodij ana drach. s. fiat vnguentum molle
cum modico ceræ. Clystere autem conueniens epi-
lepsiæ, apoplexiæ, torturæ oris, & spasmo, ac para-
lysi factis a materia frigida. Recipit anisi, feniculi,
ameos, cartami, centaureæ, florum chamæmillæ, aga-
rici,

Epithema
cordiale tem-
peratum.

Frigidum.

Sacellum cor-
diale.

Epithema
hepaticum.

Vnguen-
tum post
ipsum.

rici, ana drach. ij. vsque ad iij. fiat decoctio sufficiens, & colaturæ addatur hieræ picæ vnc. j. mellis communis vnc. ij. benedictæ vnc. s. olei communis, & salis q. l. & quâdoque loco agarici assumimus de turbith. & cum quærimus magis acuire prædictum clystere vigorando in decoctione, ponimus quâdoque drachmas tres de pane porcino. Et quâdoque addimus decoctioni drach. j. colocynthidis. sed hoc iudicio periti medici relinquuntur secundum necessitatem. Clystere conueniens in colica à phlegmate viscoso ventosato. Recipit decoctionis bleatæ, maluæ, florum chamæmi, anisi, feniculi, ameos, carui, cartami, centaureæ, parietariæ, ana partes æquales, hieræ picæ, benedictæ, ana vnciam vnam, & s. mellis communis, vnciam vnam, & s. olei communis, & salis q. l. Et quâdo quærimus maiorem euacuationem, addimus prædicto clysteri agarici drachmas duas, & loco olei communis ponimus oleum chamæmellinum, anethinū, vel rutaceum. & quâdoque loco benedictæ ponimus electarium Indum vsque ad drachmas sex.

Clystere vltimum magistrale in processu colicæ à phlegmate ventosato. Recipit anisi, feniculi, florum chamæmillæ, ameos, cymini, carui, seminis anethi, ana partes æquales, contendantur, & fiat decoctio in cyathis tribus olei communis, cyathis tribus aquæ fontis, vsque ad consumptionem prædictæ aquæ. & facta expressione imponatur prædictum oleum, & est optimum. Suppositorium satis acutum fit ex melle, & benedicta ana partes æquales, vel ex hiera, & salis gemmæ modico. acutius vero fit si addatur drachma vna agarici, vel de turbith, cum quærimus aliqualem euacuationem humorum phlegmaticorum. Acutissimum vero fit, si addatur drachma vna colocynthidis. Pro rusticis vero fit ex stercore muris puluerizato cum melle communi, & modico salis. Vltimum suppositorium valet in tenesmo, quo debes uti cum filo, ut post medietatem horæ extrahatur, & hoc maxime valet in dysenteria, prouocando somnum, sensum obtundendo. Recipit corticum thuris, myrrhæ, gummi arab. mumie, ana drach. duas, opij. scrup. quatuor, & cum vitello oui, & melle violato fiant suppositoria.

SEQUITVR TRACTATVS

De aqua hordei, & de modo faciendi ptisanam, secundum communem modum.



QUAM hordeaceam diligenter, & commode componere volenti pauca hæc prius annotanda propono. Primum, aquæ electionem. Secundum, hordei quoque electionem. Tertium, an hordeum in decoctione positum fractum esse debeat. Quartum, vtrum hordeum depilatum esse debeat. Quintum qualis debeat esse proportio aquæ ad ipsum hordeum. Postremum ad quam partem reduci debeat ipsa aqua hordei. Ad primum igitur, fontium aquas eligendas esse censeo, quoniam alijs præstant aquis, longèque à doctoribus nostris extolluntur, & maxime à domino Mesue, necnon à principe nostro Anticenna

A secunda primi. aqua tamen Padi etiam optima est.

Ad secundum, scire debes, quod hordeum illud est melius, quod citius intumescit cum in aqua infusum steterit, teste G. nostro Pergameno, primo regiminis acutorum comment. ix. nam faciliorem decoctionem arguit. Insuper hordeum debet esse medium inter nouum, & antiquum, super quo non ceciderit aliquid de odore corrupto, & extraneo, fueritque seruatum in loco aeris liberi, necnon etiam maturitatem suam perfectum. Sed dubitares vtrum sit melius crassum, an subtile. Dico, quod crassum melius existimatur per Alzaraium virum laude clarissimum. verum teste Mes. capit. de aqua hordei, subtile hordeum indicatur esse melius. Ad hanc igitur tollendam ambiguitatem, dico breuiter, quod in aqua hordei multam, vel paucam humectationem quætere possumus,

B quod si paucam humectationem quærimus, subtile hordeum magis crasso eligendum esse censeo. Si vero maiorem quærimus humectationem, crassum certe melius erit, quam subtile, quoniam, hordeum crassum humidius esse videtur in complexione, quod argui potest ex eius crassitie, & corpulentia. hæc de secundo. Ad tertium dico, quod hordeum frangi debeat, patet per dominum Isaac in dictis suis particularibus, vbi ait, Confrangatur hordeum, & per Alzaraium lib. xvj. dicentem, molitum, vel pistum sit hordeum in lapideo mortario. In eadem est sententia Halyabbas 3. theoricæ. In contrarium autem est Auenzoar dicens, qui hordeum frangunt, longinquum nempe à via veritatis sunt. Similiter Auerr. colliget quinto. Ad hanc dubitationem tollendam scire debes, quod si hordei aquam magis nutritiuam facere volueris, quam medicinalem, siue alteratiuam, hordeum accipias confractum, quoniam magis de eius substantia in aquam ingreditur. Si autem aquam minus nutritiuam, magis vero medicinalem, atque alteratiuam, abstersiuamque optaueris, hordeum ebullire facias integrum. vnum tamen scito, quod cum nonnulli doctores hordeum frangi præcipiant, quod rumpatur minime intelligunt, sed quod pistetur ita, ut cortex ab eo separetur, et hoc modo intellexit Isaac.

D Ad quartum cum quæritur, vtrum hordeum debeat depilari, vel nō: Dico quod si multam quæris abstersionem, hordeum debes cum panno aspero leuiter fricare. Si vero hordeaceam aquam habere volueris ad sitim mitigandam, asperitatemque leniendam, necnon inflammationem extinguendam, hordeum ab utroque cortice integre mundum habeas, sicque multominus abstersiuum erit. Verum hæc hordei aqua magis humectat pectus, & pulmonem lenit, etiā præcordia humectat. Prima tamen abstersionis causa multo plus abluat, & oppilationes aperit, quam hæc secunda. Quātum ad quintum, qualiter sit aquæ proportio ad ipsum hordeum. De hoc varias opiniones inuenio. Nam textus est principis prima quarti, cap. proprio. aquā debere esse vigecuplam ad ipsum hordeum scilicet aquæ partes xx. & hordei partem vnā. Idem asserit ipse Mesue. In eadem est sententia Auerr. colliget 5. Halyabbas vero istis contradicere videtur. Nam quinto theoricæ, docet nos accipere vnam hordei partem, & aquæ tres. Isaac autem in particularibus dietis decem partes aquæ, & hordei vnam accipere iussit. Et Auenzoar aquæ partes v. hordei vero i. Ad hæc dici potest, quod si aquam hordei multam hume-

*Verū hor-
deū sit frā-
gendum.*